

B. M. II 169.
H. 473.

(XAS 77942) B.M.I. 169
Quod Deus optimum faxit
permisso

Magnifici & Nobilissimi JCto-

rum Senatus

In illustri Leucoreâ

Sub Præsidio

MAGNIFICI RECTORIS

VIRI

Nobilis, Amplissimi, Excellentissimi & Consultissimi

DN. GOTTFRIDI SUEVI,

J. U. D & P. P. Curiæ Electoralis Facultatis Juridicæ, &
Scabinatus Assessoris gravissimi Facultatisq; p. t. Decani,
Præceptoris Hospitis ac Patroni sui submisso animi cultu
devenerandi

NOBILITATEM,

cjusque pertinentia

Discursu Juridico-Politico exa-

minandam publicè proponit


Wolff Albrecht à Löben/

Eq: Lusat.

In Auditorio JCtorum ad d. Maii.

WITTEBERGÆ, Excudebat Johannes Hake, M. DC LIII.

II k
2508





I. N. D. N. J. C.

Si Naturæ vim & universi Terrarum Orbis cognitionē sint ueamur, nihil occurrit, quod non vel cetera dignitate vincat; vel ab alio rerum genere superetur: Cognoscemus quemadmodum omnes rerum formæ inter se sint dissimiles, & aliæ aliis nobiliores. Inspiciamus orbes cœlestes, hi sanè non eodem collocati reperiuntur loco, in supremo enim cœlum Empyreum in secundo Chrystallinum, in tertio Firmamentum, cœlum stellarum multitudine Nobile, post hæc siderum errantium orbes sunt, qui non ordine tantum ac specie, sed virtute etiam inter se longè existunt dissimiles, nec dubium est, quin loca Nobiliores teneant Nobiliora. Elementa etiam, ex quibus non animalia solum sed plantæ etiam, lapides & metalla coalescunt, dissimilitudinem & dignitatis & potestia habent. Sicut autem Naturalis illa Excellentia in semipiternis rebus perpetuo manet, ita in iis, quæ oriuntur & occidunt, virtute quadam seminis in sobolem ipsum trāfunduntur.

Qvum igitur in Beluis, rebus mutis & ceteris inanimatis hunc teneri ordinem videamus, quid mirum, si in homine omnium Animantium Principe id observetur? Magni putamus interesse ex quo genere sit procreatus canis, Equus, ex qua arbore surculus defractus. Quidni curaremus ex quib⁹ Parentibus homo sit generatus quidni generoso Patre prognatū generosissime judicaremus animi, de quo Poëta.

Fortes creantur fortibus & bonis
est in Juvencis, est in Equis Patrum
Virtus, nec imbellem feroce
Progernerant Aquilæ columbam.

Adeo Natura quasi inter homines præcipue alios Nobiles esse vult, alios ignobiles. Omnes boni inquit Cicero,

semper Nobilitati favemus, & quia utile est Reipublicæ Nobiles esse homines, dignos Majoribus suis, & quia valere debet apud nos clarorum hominum Senex de Republ. meritorum memoria etiam mortuorum. De qua & Nos aliquid in præsentiarum Bono cum Deo dicere instituimus: Ut autem res eo procedat facilius, ordinem, tanquam omnium Rerum Animam, observabimus & quidem.

I. Etymologia Nobilitatis.

I. Licet potior sit tractatio Rerum, ad bene tamen docendum excutiemus vocabula, sec. doctrinam Aristotelis in Polit. Cum sine Nominis explicatione Rem percipere velle sit Tempus perdere, quia illius cognitio persæpe intellectum præstat, & documentum præbet evidens. Atq; ideo primum omnium indagabimur Etymologiam Nobilitatis. De quâ diversissimæ quidem in Senatu Grammaticorum vaneunt opiniones. Quædam enim dictum vocabulum Nobilis volunt, quasi NON BILIS, eo nisi fundamine, quod Nobilibus omnium maximè conveniat Humanitas, Humilitas, & Mansuetudo, adeoq; sine bile esse, id est, ab iracundiâ liberi debeant: Unde & Sororem Nobilitatis Mansuetudinem dicit Paralipom. ad Abb. Urs. sp. tit. de Concil. Basil.

Aliis videtur quasi NOBIS LIS dici, imitatione Stoicorum, quasi superbia sit pedissequa Nobilitatis, ipsisq; Nobilibus cum animo litigandi ab Horoscopo & Synastria innata & ingenita, ut loquitur Baldus, quem allegat Noldenius & sequitur Limneus l.6.c.1.n.4.

Nōnulli propri accedūt & putat quod Nobilis dicatur quasi NON VILIS, & hanc suā derivationē illustrat ex eo, quod viles & Nobiles invicē opponātur in Autb. præsid. in pr. C. de Episc. aud. l.3.C. de murileg. viles itidem & ignobiles conjungantur Nov. go. c.1.

Frequētiori tamē Politicorū calculo obtinuit, quod recti à NOSSE dicatur Nobilis, quasi Noscibilis & Nobilitas, quasi Noscibilitas quod illi qui sint Nobiles, apud omnes ferè propter virtutes & c̄res gestas insigniores innotescat, deq; die in die.

*In diē inclarescant latius. Quam derivationem, tanquam pos-
nitius exhaustientem rem ipsam, meritò retinendam puta-
mus.*

Diximus hactenus de Origine Vocabuli Nobilis. Jam
progressum faciemus ad investigationem Germanici Nomi-
nis **Edelman** / quæ dictio cum non sit suæ originis vel
simplex, quia omnis vernacula nostræ linguaæ vocabula
simplicia ut plerumque sunt monosyllabica, ideoq; compo-
sita videtur ab **Adel & man.** Quanquam autem hic sum-
moperè desudent Philologi in indagatione vocis **Adel.**
Nobis tamen salvo illorum & eujuslibet alterius iudicio
Adel dictum videtur ab aquilâ Germanicè **Adler**, hoc al-
lusionis fundamento, quod sicut Aquila altius volatu pene-
trando omnes reliquas aves longo post se relinquunt interval-
lo, ita & Nobiles virtutum gloria cæteros plebeiorum homi-
num ordines longè antecellant. *Nold. in Tract. de Snt. Nob.*
Civ. cap. I. n. 12.

Licet non ineptè Philosophetur Reinhardus Comes à
Solms/ In beschreibung des Adels/ ubi dicit :
Warumb hat der Käyser den Adler ? Dass Er
der höchste fliegende Vogel vnter allen andern
Vogeln ist/ vnd sie sich vor Ihm fürchten/ vnd
ein außflehen auff Ihn haben. Warumb heif-
sen die von Adel Edelleute/ dass ist Adlers-
Leuth? Dass Sie zum Adler gehören / helffen
Ihn mit dem Schwertde vertheidigen vnd
handhaben. *ut refert Dn. Limn. in Tract. de jur. Public.*
Imper. Rom. Germ. lib. 6. c. 1 n. 10. § II.

Neq; obstante nobis videtur, quod idem Dn. Limn. di-
cto loco n. 11. dicit, hanc originationem nostram infringi ex-
eo, quod eadem hâc allusione potius vocabulum **Adler**
dictum fuerit quasi **der Edle Herr/ ac proinde**

A **s**

Adler

Adler ab Edler aut Adler nō vice versa Adel ab Ad-
ler originem suam trahat: Nam cum ista vocis Adler ap-
pellatio cum ipsā re, procul omni dubio, prius existiterit quā
hic Nobilitatis gradus; non absconum sanè videbitur, si recē-
tius ab antiquiori denominatione sortitum fuisse, secun-
dum naturæ ordinem asseramus.

Minus movemur quod alii Adel derivent à
Græco αέθλιο quod benè meritum seu præ-
mio affectum denotat, vel ab αδελη, id est placuit, quod
Nobiles propter virtutem omnibus placeant, vel ab ἄδελον
sedes, hoc est possessio & bona, quod Nobiles ut plurimum
ab opulentis possessionibus aestimentur. Omnes enim istæ
allusiones frustaneæ videntur, tūm quod ex vernacula no-
stra originem deducere possimus, tūm quod non temerè præ-
sumendum sit, Germanos unam & alteram Syllabam à Græ-
cis vel Hebræis ad componenda vocabula emendicasse. A-
lii aliam somniant originem, inter quos est. Suffrid. Petri. in
descr. Fris. dec. 1. c. 2. in fin. qui dicit, quod ab Adelo Frisonis,
Frisonicæ gentis, Cōditoris filio vox Adel dicta fuerit. Verū
huie viro admodū familiare est omnia sua genti tribuere, si-
gut notatur à Nald. dict. tract. d. Stat. Nobil. c. 1. n. 15. Alii descen-
disse putant ab Ædilibus curulibus; Verū cum non solum
Germani sint Romanis antiquiores & vetustiores; Roma-
quippe condita est annis ante Christū natū septingētis quin-
qvaginta duobus. Vrbs autem Trevirensis, quæ teste Ammia-
no Mareellimo in Germania sita est, duobus annorum milli-
bus Christi ortu antecedit: Sed etiam, referente Jacobo
Wimpelingo, Germani tantam Virorum illustrium pe-
gerint multitudinem, ut per reliquum orbem, velut Colo-
niis Nobilitatis usq; quaq; deductis, familias Nobilissimas
& Regias propagaverint. Nec illa sit familia in Gallia,
nulla in Hispania, aut Italia paulò illustrior, quæ si antiqui-
tatem repeatas suam, non statim è Germaniā se esse prædicet.
Ideoq; non præsumendum esse videtur, quod appellationem
suam à populis sive ordine se novioribus aut recentioribus
fuerint



fuerint Sottiti. Quanquam etiam Andr. Knichen in tract.
de iur. Territor. c. I. n. 28. & sequent., ab Adelingis vel Edelingis
Saxonicis, qui erant præcipue dignitatis proceres, deduci-
ter ubi post alios gentem Saxoniam tripartite constitisse
ordine subjicit. Alii siquidem, Adelingi, nobiliores sc. alii
Frilingi, quasi liberi relicti, cæteri Lazzi, id est Coloni seu
adscriptitii glebae Eigente Leute fuere. Quia tamen
prima nostra allusio ex vernacula lingua deducitur, ideoq;
merito huic Latinæ & reliquis omnibus hactenus allega-
tis originationibus præfertur.

Sunt etiam prætereà aliæ quædam appellationes,
quibus Nobiles in Germaniâ præcipue autem Saxonicis
Ditionibus insigniuntur, quarum prima est dictio **Justus**
cker/qua antiquitus quidem Regum solum, Dueum, Prin-
cipum, filii natu minores quasi **Junge Herrn**/ salutati
fuerunt, ut refert Besold. in disc. de ordine Equest. n. 3. & Span-
genb. l. 5. Chron. Hennenb. cap. 5. temporis autem progressu
communi loquendi more, sed alio significatu, ad Nobiles
etiam transiit, hodieq; utrisq; cancellis perruptis etiam
plebejis ab assentatoribus & famulis attribuitur teste Dn:
Limn. dict. lib. 6. c. 1. n. 16.

Altera est, quæ in Lusatia Superiore & Inferiore, ut
& aliis Ducatus Saxoniae locis imò universâ ferè Germa-
niâ non solum à subditis suis, verum etiam aliis Nobiles
salutantur **Ihr Gestrengten** de cuius origine nobis
quidem non liquet, libero tamen & salvo aliorum judicio
& opinione, natam fuisse hanc appellationem putamus
exo, quod Vandali Lusatorum, die **Wendischenn**/qui
speciem aliquam servitutis sustinent, à Dominis suis stre-
nuè ac duriter tractati fuerint, adeoq; veriti acerbiores
Dominos suos, strenuos eos appellaverint, **Gestrenger**
Herr/quod postea longinquiore usu, (tanquam Tyranno) non solum à subditis, verum etiam aliis observari cō-
suevit, in tantum, ut nostris temporibus pro titulo **Hono-**
ris reputetur.

Atq;



Atq; hæc quidem de origine Vocabuli dicta sufficiant. Nunc etiam quædam de origine Rei, ipsius sc. Nobilitatis, differemus. Illud quidem omnem excedit dubietatem, quod hic Nobilitatis ordo tam antiquissimus sit, quam apud plerosq; Populos cordatores usitatissimus. Fabulosa autem est quorundam assertio, quod Nobilitas filii Noæ, Sem & Japhet, nativitatem suam debeat: Rustici verò & Pleboji homines à Chamo ortum suum traxerint, eo subnisi fundamine, quod Noa Chamo maledixerit, quæ maledictio posteris ipsius inhæserit, in tantum ut in hodiernum usq; diem contemptui sint obnoxii, sicut econtra Sem & Japhet benedictione donati fuerint, quâ Nepotes illorum parili ratione adeò gravisi fuerint, ut hodieq; illustriores existant. Historiæ etenim docemur fide, quod non solùm ex Semi & Japhetis descendantibus Nobilitas quædam fuerit prognata, sed etiam ex fillis Chami: quod confirmant exempla Ægyptiorum, Æthiopum, Maurorū, Numidarum, quibus singulis sua fuit Nobilitas. In specie autem Ægyptii, teste Diodoro, Nobilitatem sibi vindicarunt. Hoc autem expeditum esse videtur, quod non solum apud Chaldaeos & Assyrios quiq; illorum tempore æqualiter ferè unà cum ipsis floruere, Ægyptios Nobilitas existiterit & hæreditaria fuerit. Verum etiam apud Persas & Medos quiq; horum Monarchiam jure belli in se transstulerunt, Græcos certus fuerit Nobilium ordo, quod Eusebius firmat; Arhenienses, inquiens, Principibus abrogatis, novem Nobilibus gubernationem commiserunt, quorum vestigiis institere Macedones, apud quos licet parentes officia & dignitates suas jure hæreditario non trasfuderint ad liberos suos, sublimiori tamen gradu reputati fuerunt descendentes ex illis præ Plebejis. Romani qui omnium Virtutum laude singulis ferè gentibus ambiguam fecere palmam, specialem etiam Nobilitatis ordinem constituerunt, cujus principium sustinuerunt Patres, à primo ipsorum

ipsorum Rege Romulo ita dicti, quod respectu aliorum ex plebe prudentia Virtute & autoritate fuerint conspicui, quæ dignitas hæreditaria fuit, unde posteri illorum Patri-
cii dicti, fuere, quibus solis ab initio summi Magistratus, curules dicti demandati fuerunt. Patefacto autem sequen-
tibus temporibus etiam plebejis ad hos Magistratus aditu, nova inde exorta est Nobilitatis species, dum ii quorum Parentes hos sustinuerant Magistratus, altiorem sibi vindicarent ordinem, & pro Nobilibus reputari vellent, tandem etiam Equites ex Plebejis Nobilitatem sibi arrogaverunt, dignitate quamlibet illis inferiorem, quos tamen Cicero Consul factus in honorem sui ordinis (ut qui ipse Eques fuerat) summoperè extulit, in tantum, ut ex eo tempore constantem Nobilitatis gradum conservaverint.

Et ut tandem ad dulcissimam Patriam nostram Germaniam deveniamus, non dubitamus, quin & apud eos Nobilitas primitus fuerit hæreditaria teste Reinero Reinec k.de origine Nobil pag.mih.138. Quod autem ad nostram Nobilitatem in specie sic dictam, quæ scil. nostris temporibus adhuc observatur attinet, ejus Authorem potissimum recognoscimus Imperatorem Heinricum, Aucupem cognominatum, ille enim primus Torneamentorum usum introduxit, & ad ea hos demum admittendos esse edixit, qui ad minimum in tertium vel quartum gradum Nobilitatem suam intemeratam & inviolatam ostendere valeret, asserente Petro Heigio lib.1.quest.2.n.65. de quo Imperatore etiam hoc memorabile recensent Historici, quod victis Hungaris penes Merseburgum uniuersos ferè Aulicos suos unà cum iis, qui viriliter & fortiter sese præstiterunt, Nobilitaverit, ex quo tempore constanti usu observatum fuit, ut Imperatores iis ipsis, qui fortitudinis suæ aliquot pericula ediderant, Nobilitatis dignitatem contulerint, id quod Germanicis Nobilibus singulari decori cedit, ex qvº

B

reli-

reliquis omnium sc̄rè Gentium ita dictis Nobilibus pal-
mam præcipere videntur teste eodem Renero Reineccio dic-
taſt. pag. mihi 140.

Membrum,
III. i.e Causa
Nobilitatis.

Causa porrò Nobilitatis, præcipuè triplex est. Vel enim
nascimur Nobiles, vel virtute nobilitamur, vel authorita-
te Principis Nobiles declaramur. Quod ad primum atti-
nent Naturæ & Experientiæ conforme esse, & plerumq; cō-
tingere comp̄emus, quod qualis arbor talis quoq; fructus
sit, teste ipso salvatore nostro, eaq; Naturæ virtus est, ut
generosa causa generosum quoq; producant effectum, un-
de Poetæ canit :

Non circant fortæ aquilæ columbas,
Sic Medusæo caput irrigatum
Nectaræ illustres genios futuro
consecrat ævo.

Neq; adversatur huic, quod de jure Naturali omnes homi-
nes dicantur esse æquales l. quod attinet ff. de R. J. illud enim
de primario hominis statu accipiendum est, quo omnes
homines liberi nascebantur. l. 4 ff. de I. & Jur. Cui post ser-
vitus, status scilicet secundarius, succedit. Ex eo tamen
discrimen ingenii & animi non sublatum est, quod etiam
diversæ actiones seqvuntur. Quid secundum concernit,
licet per Virtutem, qui cā prædicti sunt, non statim Nobi-
lies siant & Nobilitatem civilem consequantur. Nold. in
traſt. d. Nobil. c. 3. n. 86. quia solus princeps Nobilitatem ci-
vilem dare potest, ex potestate legis quæ in principio est
arg. l. fin. C. LL. l. 1. C: ut Digni. Ord. à quo tanquam apice om-
nium honorum, & fonte omnium dignitatum quævis No-
bilitas politica dependet l. l. l. nemo præfectus inf. C. de di-
gnit. Lib. 12. Communi tamen populorū consensu aliis ex-
cellentior habetur & nobilior Jacob. Bornit. in Tr. de præm.
in Republ. decernen. lib. 2. c. 4. p. mibi. 117.

Tertiò quando Princeps Naturæ & virtutis actionem
Nobilitatis honore dignam authoritate suâ publicè de-
clarat & confirmat, atq; ita Nobilitatem alicui confert.
imita-

imitari debet Naturam, propterea quod potestas Princi-
pis Civilis Jus Naturæ evertere nequit, aut defecum ejus-
dem supplere §. penult. Inst. d. Jur. N.G. (quod si ergo indi-
gno & virtute destituto conferat Nobilitatem, consequēs
est, & Juri Naturali & Gentium injuriam inferri Jacob.
Bornit. in Tract. de præm. in Republ. decernend. L. 2. c. 4. pag. mi-
hi. 117. quia Nobilitas non opinione nititur sed naturā, ne-
que facilius Princeps solo beneficio ex ignobili Nobilem
facere potest, quam ex stulto sapientem, ut dicit *Hypolito*
à Collibus in suo Nobili. Ubi non inconvenienter quæri-
tur.: An etiam Plebejus à Nobili adoptatus Nobilitatem
consequatur. Et licet quidam affirmativæ subscribant, ve-
rior tamen Nobis videtur esse negantium opinio, ex eo,
quod primo Nobilitas quæ à Parentibus transit in liberos
est velut ex traduce ut loquitur *Hypol.* à Coll. in Nobili pag.
169. §. 32. Adoptivi autem non sunt de Sanguine Parentum
quia adoptio jus sanguinis non confert. l. 2 ff. und cogn. 2.
Propter absurdum, quod exinde promanaret: admissō enim
eo, quod adoptati fierent Nobiles, sequeretur, quod in pri-
vati arbitrio esset Nobilitatem conferre, cum tamen hoc
ad Imperatorem & eum cui specialiter concessit Impera-
tor, spectare dignoscatur. Neq; distinguimus cum Domi-
no Reinking. in Tract. de Regin. sec. §. Eccles. lib. 1. class. 5. c. 11 in-
ter arrogationem & adoptionem. Licet enim d. l. n. 32. §. 33.
arbitretur, Arrogatos ideo Nobiles fieri, quia transirent in
familiam & Potestatem Patris Arrogantis, secus atq; ado-
ptati. § sed hodie §. illud proprium Inst. de adopt. & deinde
quia Arrogatio non nisi Principali autoritate §. 1. Inst. e-
od. unde fieri putat, rationem illam dubitandi per sacrum
hoc Oraculum Principis, cui Jus Nobilitandi competit,
refelli. Quasi verò non diversi Actus essent, Concessio
arrogationis & Nobilitatis. Minus refert quod Arroga-
ti transire dicantur. Nec enim tam in familiam transe-
unt, quam in potestatem, & si vel maximè transire dicas,
tamen dici non potest de sanguine Arrogantis esse Arroga-



tos, nisi per Juris fictionem, quæ in præsentiarum haud
quicquam poterit operari, cum ex traduce veniat Nobili-
tas, ut declarat *Dn. Wurms. exercit. 4. quæst. 13. pag. mibi. 161.*
Qui ramen & ipse eodem loco injuriam facit Dno. Nold. in
Tract. de Nobil. c. 6. n. 17. & 18. Vbi dicit, interdum etiam per
adoptionem expressè quis principis beneficio Nobilitatur,
nempe si authoritas principis interveniat vel adoptio apud
principem peragatur, & princeps quod adoptatum Nobili-
lē esse velit, expressè adjiciat. Commisit enim Dn. Wurm-
ser fallaciam compositionis & Divisionis, quia nolden. d.l.
vnlt, quod si principis authoritate ab extraneo facta esset
Adoptio, adoptatus nobilitatem consequatur: Hoc autē
cōtrā mentē & intentionē principis esse dicit Wurms. qui
nō nobilitare, sed adoptionis actū authoritate suā & præfē-
tiā confirmare velit. Sed omisit Dn. Wurms, hæc Nol-
deni i. verba, *Et Princeps, quod adoptatum Nobilem esse ve-
lit, expressè adjiciat.* Tūc n. nō cōtra intentionē principis no-
bilitatur, sed potius cōstat de enixa ipsius voluntate, adeoq;
omnino nobilitatem ex eo consequi dicendus est, ne de
principis potestate disputare videamur: in quibus termi-
nis omnino subscribimus Dno. Nold.

Alia quæstio est, an mulier plebeja nobili viro nu-
bens efficiatur ipsa nobilis. Vbi negativam veriorem
putamus. Quia nobilitas non nisi sanguine vel principis
privilegio formaliter acquiritur. Jam verò si plebeja per
Matrimonium nobilitatem adipisceretur, seque-
retur nobilitatem à privato concedi posse, quod
absurdum est. Neq; moramur, quod fœminæ Clarissimis
personis nuptæ Clarissimarum personarum appellatione
contineantur in *l. fæm. 8. ff. de Senator.* Et Virorum radiis
coruscare dicantur. *Nov. 150. cap. 2. & l. f. de Nupt.* Sicut &
Impp. Valent. Theodos, & Arcad. Mulieres honore Mari-
torum erigunt, genere nobilitant, iisq; forum ex Marito-
rum personâ statuunt in *l. 13. C. de dignit.*

Licet



Licet enim non diffiteamur uxorem coruscare radiis
mariti & eadem cum ipso gaudere authoritate, honore &
dignitate, illud tamen negamus, quod nobilitatem conse-
quatur, quia argumentum ab alia quavis dignitate ad ipsā
nobilitatis dignitatem à longè diversis petitum est. nobi-
litas enim à sanguine ingeneratur vel à principe tantum
conceditur. Hinc consuetudine docemur, quod in Tor-
neamentorum Ludis Equestribus non admittantur ij no-
biles, qui non tam Matrem quam patrem Nobilem habent,
Tornierbuch Tit. Verkündigung ailer Tornier
Greyheit §. Und ob ein Turnier genoß/ nec etiam in
Collegia Canonica superiora recipiuntur, nisi qui ex Ma-
terna quoq; linea per longam seriem nobilitatem suam
deducere possunt, **Sie seyn dann Vollbürtige Rit-
ters Leuthe/die Ihre Ahnen mit Schild vnd Helm**
beweisen könnten Bocer. de Regal. c. 2. n. 4.

Minus dubitamus negare, quod ignobilis vir ducen-
do uxorem nobilem efficiatur nobilis, quia mariti non co-
rufcant radiis uxorum, sed uxores gaudent & illustrantur
dignitate maritorum. neq; obstat, quod Dux, vel prin-
ceps nubendo Reginæ fiat Rex. non enim per solam nu-
ptiarum celebrationem Regiam eminentiam adsequitur,
sed insuper necesse est, ut specialiter Rex constituatur &
coronetur.

An verò concessso Feudo, nobilitas quoq; concessa
intelligatur, Dng. Wurmser. affirmativam quidem tenet
in Exercit. 4. quæst. 15. ubi dicit: planè in dubio tūm nobi-
litatē simul contulisse censetur. Feudum nobile concessens,
si Jus nobilitatem conferendi haberit & sciverit i-
gnobilem esse accipientem: ut Imperator vel Rex in suo
Regno, qui si Feudum nobile ignobili concesserint & sci-
verint ignobilem eum esse, eo ipso nobilitatem conferre
voluisse censentur, ubi multos insuper Dd. hujus senten-
tiæ asseclas allegat. Verùm quod huic ejus opinioni no-
subscribamus, sequentibus movemur rationibus.

B 3

I. Quia



I. Quia Nobilitas cohæret personæ non rei, neque etiam à rebus, sed à concedentis arbitrio depender. Quod ipse Wurmser. *in pr. d. q.* largitur.

II. Quia ad perfectionem cuiuslibet Actus duo requiruntur, voluntas sc. & potestas. *Vultej. conf. Marp.* 35. n. 180, *Vol. 3.* Quia, sicut sine potentia nihil ad actum datur, Ita sine voluntate nihil perficitur *Nolden. c. 5. de Nobilit.* n. 68. Jam verò, licet de potestate Imperatoris, Regis vel principis non dubitemus, quod Nobilem efficere possit, tamen illud negamus, quod in præsentiarum velit ~~cam~~ conferre.

III. Quia ipsa Experientia docemur, quod homines plebeji, quotidie fiant possessores & Domini Feudorum, Nobilium, nec eo minus tamen Nobilitatem consequantur.

Nec dimovemur quod Dd. ex concessione Feudi Nobilis in dubio præsumant, Principem quoq; habuisse voluntatem conferendæ Nobilitatis, idq; fortiè propter favorem Privilegiorum & concessionum principalium, quæ liberali interpretatione donandæ. Respondemus enim, Privilegia quidem talia largiter esse interpretanda, sed tamen à concessione unius specialis Privilegii ad concessiōnem alterius specialis immunitatis non esse saliendum. Jam certum est, quod Feuda dari possint sine nobilitate & nobilitas sine Feudis *Vultej. I. Feud. Cap. 8. n. 9. Nolden. d. c. 5. n. 50.* Ergo à concessione unius ad concessiōnem alterius non est argumentandum. Nec obstat, quod pro illorum opinione allegatur *c. unic. 2. Feud. 10.* Quis dicatur Dux, Marchio &c. Vbi dicitur, qui à Principe de Duçatu aliquo investitus, Dux solito more vocatur, qui verò de Marchia, Marchio dicitur, qui verò de aliquo Comitatu investitus est, Comes appellatur. Est enim fallacia Amphibolia, concedimus si quis

quidem eos, quibus dantur Feudum, esse & fieri Vassallos
Wer ein Lehn empfahet/wird ein Lehnman/ à Re
deducto vocabulo, sicut à Marchione Marchio, à Ducatu
Dux &c. non tamen illud sequitur, quod nobilis efficiatur.
Potest enim plebejus etiam possidere Feudum **vnd**
ein Lehnman seyn/non tamen nobilis fit, quod ipsum
apparet ex d. e. verbis sequentibus: Qui vero à principe
vel alia potestate de plebe aliquâ vel plebis parte per Feu-
dum est investitus, is capitaneus appellatur, qui propriis
Valvavores olim Majores appellabantur, qui vero à Capi-
taneis antiquitus beneficium tenent, Valvavores suut. Ex
quibus verbis sanè apparet, has denominationes saltem à
rebus capisse, & prasertim in hoc nostro Casu investitos
de Feudo non nobiles fieri, sed Valvavores vel majores, vel
minores fieri & appellari debere.

Illud deniq; à philosophis & politicis controvertitur
utrum Generis Nobilis preferendus sit virtute Nobili, an
contra. Et licet quædam rationes pro Nobili facto milita-
re videantur, quod videlicet suâ virtute polleat per l. siqui-
dem bellum ff. de captiv. magisq; id nostrum sit, quod per pro-
priam quæritimus virtutem, quam quod per Antecessores
nostros gl. ibid. unde et Plutarchus in Sylla per metapho-
ram rem decidere vult, & dieit: quem admodum venator
non id, quod de cane natum est, sed canem requirit, Et Rei
Equestri deditus non quod equo prognatum sit, sed equum
requirit: ita & civilis boni arbiter procul à scopo aberra-
verit si non quis sit, sed ex quibus ortus Parentibus, quæ-
rat, ut refert Reinerus Reineckius de Orig. Nobilit. pag. m.
175. Cui ad stipulari videtur Seneca, qui genus suum ja-
ctat, inquiens, jactat alienum, quia est quiddam externum,
non internum. Magni quidem semper facio hos & alios
Sapientes viros sed condonandum mihi, si Nobilitatem
san-
poup

sanguinis illi quæ ex virtute descendit, antea feram, idq; propter præsumptionem illam Juris quâ quilibet de virtuosis & probis Parentibus prognatus, probus quoq; & virtuosus tā diu præsumitur, donec contrarium probetur, undè eleganter loquitur Imperator Justinianus in *l. inter cl̄ros C. d. Sacr. Sancto. Trinit.* Quo quisq; Nobiliori stemmate prognatus est, eò clariori judicio & ingenii rectitudine fulgere censendus est.

Ulterius etiam quæritur, utrum Liberi ante acceptam à Patre Nobilitatem nati æquè nobiles sint ac post nati. Et dicet quidam Dd. de consuetudine illud affirment, vereor tamen, ut in puncto Juris illud obtineri possit. nobiles enim vel natura & Ius sanguinis facit *l. i. C. d. Jur. Aureor. Annular. & l. Nobil. C. de Mercat.* ita ut à Parentibus velut ex traduce claritas stemmatis & prærogativa nobilitatis, ad Liberos transeat. Vel authoritas Principis nobilitatis præmentiam alicui ob virtutem conferens. non ergo ex Jure Filiationis nobilitas quæritur, sed ex coruscatione sanguinis vel beneficio principis. Undè ante patris nobilitatem nati non sunt nobiles reputandi, quia claritas sanguinis tempore conceptionis nondum adfuit: nisi privilegium principis expressè contineat nobilitatem etiam anteà natorum. Et pro nostra sententia militat Lex *Senat. C. d. dignit.* in qua expressè distinguitur inter natos ante & post dignitatem patris, ut videlicet illi sint privati hi verò potiantur dignitate patris. Idem textus est in *l. 61. 63. 64. penult. & ult. C. de Decurion.* præterea etiam quæritur utrum in illegitimos seu Spurios nobilitas descendat. Et negativa procul dubio verior est, quia nobilitas non trāmittitur in posteros, nisi per legitimū modum & lineā, & illegitimi nullam cognationem vel agnationem retinent ex parte patris *l. si spurius ff. und Cognat.* Cùm ergo non sint de domo & familia naturalis parentis, sequitur quoq;

quoq; neq; ab eo Nobilitatem consequi posse. Neq; mo-
vere quenquam debet quod nemo alterius odio prægrava-
ri debeat cap. non debet 20. de R. f. in 6. & l. spur. ff. de Decur.
nulla enim spuriis infertur injuria quod Nobilitas eis de-
negetur: Jure enim destituantur isto Privilegio, cum or-
tum Nobilem jactare nequeant, quia extra legitimum ma-
trimonium fuerunt concepti: minas considerabile est,
quod æque sanguine & stemmate Nobili ac Claro sint pro-
geniti atq; legitimi. Respondemus negando, Bastardi e-
nim non decidunt ab aliquo fonte Nobili sed à sanguine
putrido atq; proinde sordes sunt, qui non merentur poni
inter præcipuos l. humil. C. d. Incest. Nupt.

Huic quæstioni affinis est illa, an sc. legitimati per sub-
sequens Matrimonium consequantur nobilitatem. NON
negamus equidem tantam esse Matrimonii vim, ut omnia
vitia purget cap. tanta est extr. qui filii sint legit. In tantum
ut legitimati non amplius sint turpes personæ, l. imperial.
§ pref. C. d. Nupt. & l. qui in Provinc. §. dia. ff. d. rit. Nupt. Verū
ista legitimatio, quæ per subsequens Matrimonium fit, est
tantum modus faciendi Liberos legitimos, nullo autem
modo nobiles: quia duo tantum sunt modi acquirendæ
nobilitatis, Authoritas sc. Imperatoris vel immediate ad-
hibita, vel mediata: & sanguis legitimus Parentum nobil-
lium. Adeoq; sicut per legitimationē nunquam possunt fieri
legitime nati, licet enim legitime natis comparentur,
non tamen comparatum comparato est idem, sed tantum
sumile: ita etiam manebit omnino aliquid in legitimatis
per quod à legitime nobiliter natis differunt.

Qualiter autem bene scio principis nobilitas confera-
tur, jam persequemur. Vbi præmittendum ducimus, quod
vocabulum PRINCEPS in Jure quidem Nostro tantum
Imperatori l. Princeps ff. d. LL. l. i. ff. de Constit. Princ. §. sed &
quod Principi Instit. de J. N. G. & C. aut qui superiorem non

C

reco-



recognoscit. *Gravett. consil. 982 n. 12. part. 6.* Et in Gallia Regiae prosapiæ Principis tribuatur teste *Thuano lib. 75. Historiarum part. 2.* In Germaniâ autem nostra Polysimon sit & larga appellatione non tantum comprehendat Imperatorem & Reges, sed etiam Duces, Marchiones, *Sixtin. lib. 2. de Regal. c. 4. n. 23.* LandGravios *Fiechhard. Consil. 77. n. 10. Tom. 1. Comites Sichhard. in l. ex imperfecto n. 5.* C. de Testament. *Prukman. Conf. 27. n. 142. vol. I.* & Barones e iam *Schraden. de Feud. p. 10 Sect. 1. n. 28.* Qui omnes sub vocabulo **Gürstenmässieg** continentur. Ac proinde necessum erit, explicare, quinam habeant facultatem Nobilitatem plebejis conferendi. Cùm itaq; Nobilitare ad majora Regalia pertineat *Vultej. l. 1. de Feud. consil. 5. n. 5.* Quæ solius principis ossibus inhærent *Wvesenb. consil. n. 31. L. 2.* & ipsius coronâ annexa ac sicut radii Solis à Sole inseparabilia sunt, *Sixtin. de Regal. L. 1. c. 2. n. 3.* Ideoq; ab inferioribus hæc sacra usurpari nequeunt, nisi ex concessione Summi Principis vel tacita, vel expressa, hanc licentiam acquisiverit. Confert itaq; Nobilitatem Princeps, non tantum Principatum habens, sed Jura quoq; Majestatis & superioritatis charis-
ta tenens. Et talis est.

I. In Imperio Romano Germanico Imperator *L. 3. §. 2. C. ubi Senat. vel Clariss. l. 3. de Consul. l. 2. & finff. de Natall. Restitut.* Ab eo enim scaturiunt omnes dignitares, tanquam à fonte & principio *Schrad. de Feud. part. 4. cap. 1. n. 2.* Et re-
quiescunt in eo tanquam thesauri in scrinio reconditi *Modest. Pift. Conf. 51. n. 38. Vol. I.* Atq; ideo solo verbo creat Doctores *Schneid. de Feud. part. 3. n. 65.* Sicut sola denominatio-
nione constituit Duces, Marchiones, Comites & Nobili-
les. Vnde etiam dicitur *Pflanzer vnd Handhaber des Adels apud Goldast.* quem refert & sequitur *Dnius. Limn. lib. 6. c. 1. n. 29.*

JL. Pon-



II. Pontifex Romanus. Licet enim quatenus est Pontifex, Regalia non habeat, Corthman. *Respons. Academ. j2.n.8.* Ex connivencia tamen Imperatorum cum baculum Aronis & gladium Nimrodi una manu teneat, ideo creat nobiles, Duces, principes, Episcopos Cardinales, & Reges quatenus est princeps Italæ prout exempla refert *Marij Steph. in tract. de Jurisdict.*

III. Quilibet Rex in suo Regno. Quod enim Imperator in Imperio potest, illud Rex in suo regno valet. Vnde etiam Imperatori æqui paratur *Socin. Sen. Cons. 3.n. 19. Vol. 3.* ac proinde omnes dignitates concedere & quem vult nobilitare potest.

IV. Omnes Duces & Principes Jura Majestatis habentes & superiorem non recognoscentes, quales sunt Dukes Sabaudiaæ, magnus Dux Hetruriæ, Dux Ferrariæ, Dux Medionalensis, Dux Burgundiaæ & alii.

V. Republicæ Liberæ, quia nec ille recognoscunt superiorem & habent Jura Majestatis quales sunt Respubl. Venetorum, Genuensium, item Respubl. Lucana, Senensis, Helvetica, & Belgica.

Deniq; controvertitur an etiam Electores, quo ad suum Ducatum Marchionatum & Principatum Nobilitandi Jure gaudeant. Et pleriq; Politicorum affirmativam te- nent: *Limneus autem lib. 6.c. 1.n. 40. & sequent.* cum quibusdam contrarium defendere nititur. Nos in hac opinioni diversitati certi aliquid statuere religionem ducimus, negativa autem sententiæ subscribere sacrilegium putamus, qua de Principis potestate disputantes feriuntur in l. 3. C. de Crim. sacrileg. Ideoq; Limn. suam relinquimus defendendā sententiam.

MEDIATAM PORRO ET CONCESSAM NOBILITANDI FACULTATEM HABENT.

I. Archiduces Austriae quod apparet ex ipsorum Privilegiis elatis à Linn: lib. 5. c. 7. ubi habentur hæc verba: In alieni Ihren Landen/ Herrschaften vnd Gebitten/ Graffen / Greyherrn/ Ritter/ Knechte vnd Verdiente Eaugliche Personen von neuen Edl zumachet.

II. Elector palatinus, ut videre est, apud Linn. lib. 3. c. 9. n. 87.

III. Comites palatini, à palatio Imperatoris ita dicti.

IV. Denique alij omnes quibus, hoc ab Imperatore specialiter est concessum Sixtin. de Regal. c. 6. n. 104. Et nobilitati à talibus habentibus potestatem Nobilitandi, ab ipso principe Nobilitati dicuntur, quia quicquid sit ex concessione Imperatoris ab ipso imperatore factum esse censetur. Nostra enim facimus, inquit, Imperator in l. i. §. omnia C. de veter. Jür. enucleat. quibus nostram impartimur Authoritatem.

*Membrum
IV. de fine
Nobilitatis.*

Cum autem nihil in rebus humanis, præsertim in Rebus publ. constituatur, quod non certum sibi nem habeat præfixum, ideoq; & nobilitas quibusdam in Republ. laudabiliter fuit concessa, primo quidem eo fine, ut cum in principatu æqualitate personarum nihil sit pernitosus, ut loquitur Obrecht in diss. de Regal. th. 125. dignitatum quidam ordo & Ordinis Geometrica æqualitas servetur, ut in qua sola Imperii substructio consistit, tot. tit. C. ut dignit. ord. servet. I. Prince. ff. de alb. scrib. I. 2. C. de Primicerio sc. ut major minori & antiquissimus novissimo anteferaatur d. l. I. ff. de alb. scrib. & cives apta ac decenti collocazione inter se & cum Republ. conjungantur Bodin Lib. 3. de Republ. c. 8. in pr. Nec enim quid quam in cœlestibus & terrenis ordine vel jucundius vel usui commodius excogitatum, præsertim in distin-



distinctione honorum & graduū Nold. dīct. Tr. d. Nobilit. c. 7.

n. 10. Ordo siquidem seu graduum distinctio alit & fovet concordiam, ubi verò non est ordo, ibi est Anarchia & confusio. Id cum optime animadverterent antiqui Legū Latotes, Nobiles semper à plebejis sejungere soliti sunt. Quemadmodum de Theseo Athenarum conditore refert Plutarchus in Theseo, de Romulo Dionysius Halicarnassus l. 2. Antiquitatum Romanorum, de Solone Atheniensem Legislatore Tiraquellus de Nobilit. c. 70. n. 4. ita & apud Saxones veteres inter Nobiles & ignobiles connubii Jus non erat, referente Nold. dīct. cap. n. 18.

II. Ut Virtuti debitum præmium constituatur arg. l.
semper. 5. §. 3 ff. de Jur. immunit. & l. 4 C. defiat. & imaginib. ne
benè meriti inani spe laudentur, sed pro meritis honorum
titulis ad publicæ salutis studium inflamentur Schönb. l.
3. Polit. c. 20. & ad Virtutis Exercitum ulterioris invitentur
& quodammodo instigentur Jacob. Bornit. Lib. I. de præm. in
Republ. decernendis c. 1.

Progrediemur jam ad subjectum Nobilitatis, quod est homo ad Nobilitandum idoneus, l. ut grad. II. §. 1 ff. de mu-
neribus & honorib. Idoneum autem putamus eum quem
Virtutum & honesti ortus, vitæ & famæ commendant or-
namenta. Hinc cum contrariorum eadem sit disciplina
excludimus à Nobilitate (1) infames c. m. Thoming. conf.
§ 2. n. 39. Vol. I. quia dignitatem perita illis non patent l. 2. C.
de secund. Nupt. (2) Spurios, quia dignitates nolunt pollui
talibus hominibus, quod supra prolixius explicavimus.
(3) homines proprios vulgo Leibigenie Leuthe de cui-
bus disponit Gloss. Jur. Saxon. lib. I. Artic. 20 Fric. Wer eis
gen ist man nicht ein streitiger Krit er seyn. (4) furio-
sos, quia habentur pro absentibus & mortuis Hering. in
tr. de fidejuss. c. 7. n. 112. (5) invitos, quia beneficium invito
non datur l. benefic. ff. d. R. f.

Atq; ex hactenus traditis non difficile erat exstruere

Membrū
V. de sub-
jecto No-
bilitatis.

Membrū
VI. de defi-
nitione
Nobilita-
tis.



Nobilitatis definitionem , licet non omnibus Populis appropriatam (qualis nunquam potuit afferri afferente Heigio quest. 2. n. 63.) nostris tamen moribus & moderno Germanorum Imperii statui convenientem. Quod sc. Nobilitas sit claritudo generis à Parentibus Nobilibus in filios per traducem transfusa , vel à Principe Jura Majestatis habente & superiorem non recognoscente , aut ab eo cui Imperator hoc specialiter concessit , ob Virtutes Reipubl. Salutares, scientiam sc. & res præclarè gestas familiæ alicui collocatæ.

Diximus ob *Virtutes* primò, ut excluderemus eam quæ ob flagitium confertur, quale exemplum habemus in Cnejo Flavio, tribuno plebis, qui à populo Romano & Senator & Ædilis Curulis factus est, obsurreptam actionum Librum , cuius mentionem facit Bodin. quem refert Nold. cap. 3. n. 3. Nec cum Nobilitas incitamentum ad res præclarè gerendas esse debeat, sceleribus ansam præbeat: quâ re nihil prorsus civili disciplinæ adversarium magis. Deinde ad exclusionem eorum qui sola principis gratia aut præscriptione vel solis divitiis Nobilium Ordinem adipiscuntur. Quid enim absurdius aut perniciosius, quam dignitatem quæstu , ordinem pecuniis, Nobilitatem metiri oportibus. Nobilitas siquidem Natura nititur, non opinione, neq; facilius princeps solo beneficio ex ignobili Nobilem facere potest, quam ex stulto Sapientem , uti loquitur Hyppolitus à Collibus in suo Nobili.

Subjunximus *Reipublicæ Salutatres*: si quis itaque magnitudine animi. quæ in periculis cernitur polleat : Si arte militari excelleat, ejusque præclarum aliquod specimen non semel præbuerit, viam ad Nobilitatem sibi aperit. Atque hac ratione factum est, ut Roma , Athenæ , Carthago & aliæ urbes ad tantam Imperii sublimitatem pervenerint; Dum enim ad honores & Nobilitatem quisque contendit , nul-

nullum pro Republ. subire periculum recusat. Sic duo De
cii, sic Boreius Cato, Marcus Marcellus, sic Iphicrates A-
theniensis, sic alii Nobilitati fuerunt. Non autem sola mi-
litaris virtus est, quæ Nobilitatem promeretur, sed etiam
Civilis prudentia, quæ non minus Peipubl. salutaris est
atq; illa. Imprimis autem Justitia, & ex cuius fonte Regia
potestas orta est, Optimates extiterunt, Nobilitatis prin-
pia fluxerunt. Justitiae enim admiratione Minos & Rhada-
mantos, Æacus Pittacus, Mitylenæus, Numa Pompilius,
Aratus Sicyonius & alii apud omnes nobilissimi habiti
sunt, ut & Lycurgus, Draco, Solon & alii, qui Justitia
nobilem stirpem in multos annos propagarunt.

Membrum
VII.de diffe-
rentiis No-
bilium.

Exstructa porrò definitione nobilitatis ad differentiam
nobilium progressum faciamus, ubi si hodiernum Imperii
Romano Germanici statum consideremus, nobiles quidam
Imperio immediate subjecti sunt, quidam mediatae. Illi
dicuntur die Freye Ritterschafft / die Freyen vnd Adel
welche ohne mittel der Kaiserlichen Majestät
vnd dem Reiche vnterworffen / & distribuuntur à locis,
in quibus degunt, in tres classes, Franconiam sc Sve-
vicam & Rhenanam *Reinkink de Regim. secul. & Ecclesiast. l.*
1.Cl.5.c.10.n.10. Habentq; privilegium Austregarum & alias
nonnulla quæ passim apud Politicos & Juris publicè Scri-
ptores leguntur & tractantur apud *Nold.de Stat. Nobil.c.17.*
Hi qui se Imperio mediatae subjiciuntur & Duces seu prin-
cipes Dominos suos recognoscunt. In Saxonia & aliis prō-
vinciis dicuntur Landsassen de quibus prolixè tractat
Maximili in Faust. ab Aschaffenburgk in Consil. pro Ærario
Ct.4.Cons.172. Ordin.32; Horum Landsassorum sc. in
Electoratu & reliquis Saxoniæ Ducatibus quidam dicun-
tur Amptsassen alii Schrifft oder Cancelleyassen.
Amptsassen sunt die vnterm Ampte sietzen / qui To-
parchis & Præfectis den Amptschößern subjiciuntur.

Dan.



Dan. Moll. ad constitut. Saxon. part. 1. constit. 15. n. 14. Et
hanc diversitatē exinde ortu habuisse quod quādā nobiles
prædia rustica sub præfectis sita acquisiverint, & postea
qualitati Feudali subjecerint Maximil. Faust. in Cons. pro
Ærario Cl. 4. Cons. 10. Ord. 161. Quia verò prædia ista Juris-
dictione mediata ab initio tincta fuerunt, postea nullā
aliā hāc in parte subsecuta immutatione necessario no-
biles isti ratione domicili sub Jurisdictione mediata præ-
fectorum remanserunt, de quo videatur Caspar. Ziegler in
§. Schrifft Sassi. Conclus prim. per tot. undē etiam coram
sui. Præfectis non verò in Curiis, in denen Hoffgerichs-
ten/primam iustitiam sortiuntur. Chur gl. Ober Hoff-
gerichts Ordnung Sub Rubric. Wer vor das Hoffge-
richte &c. Schrifft Sassi. Aber dicuntur illi quibus ipse
Princeps vel ejus nomine Consiliarii aut Curiae imperit
Andr. Knichen de Vestit. pact. part. 2. c. 5. n. 1.

Ad hanc Nobilium differentiam pertinet etiam Gan-
erbatus. Cum enim ante factam & promulgataim pacem
publicam itinera in Germaniā passim minus essent tuta
& ut nostri loqnuntur **da das Faustrecht in Schwän-**
ge gieng/Ventura de Valentiis in Parthenope Litig. lib.
ii. c. 1. n. 14. Latronesq; in arcibus apud sui generis homines
in denen Raub Schlössern latitarent, de quo Bodin. de
Republ. lib. 5 c. 5. pag. m. 887. Gencroisi quidam Nobiles muni-
tas exstruxerūt arces in quib⁹ cū familiis suis & rebus preci-
osioribus ab aliorum invasionibus violenti⁹ tuti essent
Ut autem Conjunctio horum eo major esset atque
constātior & se suaq; eo melius defendere possent, Fra-
ternitates & Con fœderationes certis legibus contraxe-
runt, quas **den Burg Friede oder Burghutt** appellā-
tunt, veluti de pace in castro tenendā, aliisq; de rebus ad
conservationem Ganerbiorum pertinentibus, initā, & qui
ita confederati fuerant, dicebantur **Ganerben Maxi-**
mil.



mil. Faust. in Consil. pro Aerario Clas. 4. Conf. 39. ord. 196. Qui tamen prisca Virtute degenerarent & alios non rantum opprimere, verum etiam confratres alios opprimentes receptare cœpissent, publicis legibus Imperialibus coerciti fuerunt. Ut ex multis probat recessibus Glotonius in Sylloge erorum quotid. th. 26 sub lit. k.

Cui Parti nunc non inconvenienter adjicimus adjunctum Nobilitatis, sc. Insignia. Quæ nobis sunt signa summi Priucipis Authoritate alicui concessa aut propria voluntate assumta personam à familia varie distingventia.

De quorum origine inter Classicos quidem non constat, dum alii primordia repetunt ab armis suspensis, postquam reversi essent milites, ut quod quisq; coronas & quales meruisset, super clypeum & galeam suspenderet & insignium ac ornamentorum loco ad posteritatem transmitteret, indeq; arma gentilitia oriunda nostro idiotismo VVappas oder Wappen nominatas conjicit & evincit VVolff. Lazius in comm. Reipubl. lib. 9. c. 14. alii à Jnllo Cæsare Aquilam in clypeo portante initium sumpsiſſe insignia existimant, verum ex vetustioribus constat, multo ante Iulium Cæsarem insignia armorum in usu fuisse, post Trojatum saltem excidium, quod ex pluribus Homeri Virgilii & aliorum Testimoniis patet. Nold. de stat. Nobil. c. 21. n. 27. Alii hunc morem ab Ægyptiis descendisse putant, quorum Reges caput Leonis, Tauri aut Diaconis principatus insigne capite portasse scribuntur Dn. Limn. lib. 6. c. 6. n. 8. Qui n. 9. dicit, non ego crediderim, aliunde hujus rei petenda initia, nisi à communi gentium usu. In ejusmodi autem gentium inventis, si de primo authore quæstio sit, vestigia non nisi obscura sunt, sufficit communem nosse usum. Et ex historiis quidem cognoscimus, quod insignia primū personalia & mutationi obnoxia fuerint, posteā autem hæ-

D

redi-

Membrū
IIIX. de In-
signiis
Nobiliū.

reditatia & ut ita dicamus familiaria. Hinc Judæi in duodecim Tribus distincti, suum quilibet sum. & re Insigne, Juda Leonem, Naphtali cervum, Isaac Aynam, Benjamin Lupū, Ephraim Bovē, Dan Aquilam, Ruben Hominē & ita procr̄o. Quemadmodum & apud Romanos cincinnati, Corvini, torquati & alii sua habuerunt Cincinnos, corvos & Torques insignia.

Ubi non inconvenienter queritur, an cuilibet licitum sit insignia sibi fingere? Et quemadmodum nomina inventa sunt ad res & homines dignoscendos. *L. ad recognoscēdos 10. G. de ingen. munum.* ita etiā insignia in vēta sunt ad dignoscendas familias. Nomina autem citra fraudem licet cuilibet assumere ad placitum. *L. un. C. de mut. nom. ergo & insignia.* Quod tamē sub hac qualitate asserim⁹, dūmodo assumens alterius Familiæ præsertim nobilium, Principum vē insignia mit offenen Helm / Schild vnd geblöchtener Cronen intacta reiinquit: qui verò contra fecerit, crimen falsi sine dubio incurrit per *L. eos. 27. § f. 5l. fals. i. 3 ff. de fals. Nold. de Stat. Nobil. c. 21. n. 104.* Ratione a colorū & imaginā difficilis est decisio, quænā nobilitora sint insignia. *Andr. Knichen. d. Jur. Saxon. non Prov. verb. Ducum c. 2. n. 90.* Quam nos Heroldis quorum hoc est munus & iis, qui in libro Torneamentorum vocantur Kündiger der Wappen relinquimus. Non tamen prætermittendum censesmus Cluveri hāc de judicium, qui lib. I. antiquæ Germaniae c. 44. p. m. 347. dicit, nobiles homines apud priscos Celtas lectissimis tantum coloribus sua singuli distinxerunt scuta, undē etiamnum ea omnium antiquissima ac maximē genuina: nobilitatis ducuntur apud Germanos insignia, quæ omnium simplicissima certis dūntaxat spatiis ac coloribus distincta, in quib⁹ vulgatissima sunt illa, quæ laterculos & virgas appellant latini, patri⁹ nāc sermo vocat has Striche/lineas sive Balken/Trabes, illos v. rautē vel weķē/ Rhūbos. *Limn. dict. c. 6. ubi prolixē hac de re differit.*

Jam



Jam etiam considerabimus privilegia nobilitati tam *Membris*
jure Communi quam consuetudine & Statutis concessa. *IX. de Pri-*
quæ cum à Nold. in tract: suo de stat. Nobil. c. 12. 13. 14. 15. & à viliis
Limi. L. 6. c. 4. n. 22. usq; ad n. 67. prolixè & abundantanter collata Nobilium
fuerint; ideoq; summatim saltem (ne Instituti nostri rati-
onem negligere videamus) hic percensebimus. Consistit
autem illa.

I. IN PRÆSUMPTIONIBUS & quidem :

1. *Quod magis præsumantur virtutibus exculti atque excellentes quam plebeji.*
2. *Præ cæteris memores æternæ salutis.*
3. *Prudentiores & exercitatores.*
4. *Politici atque arcanorum Imperii gnari.*
5. *Generaliter magis creditur Nobili, quam ignobilis, in specie testi Nobili quam ignobili.*
6. *Præsumuntur fideliiores.*
7. *Non præsumuntur prodere Principem vel arcē sibi concreditam.*
8. *Pro Nobilibus præsumitur, quod nec mentiantur nec fidem fallant.*
9. *Præsumuntur liberales.*

II. IN REVERENTIA ET HONORIBUS DEFERENDIS.

1. *Nobiles præ plebejis ad officia secularia assumendi.*
2. *In paritate suffragiorum præferendi in beneficiis & dignitatibus Ecclesiasticis.*
3. *Majoribus beneficiis & præbendis honorandi.*
4. *Cameræ Imperiali Assessores dandi.*
5. *Des Reichs Feldmarschalg kan keinen andern als einen erfahrenen Kriegsmann vom Adel zu seinem Leuthenamt ordnen.*

6. In obsequiis Legationibus præferendi ignobilibus.
7. Præ cæteris honorandi.
8. Reverenter salutandi.
9. In ambulationibus & Sessionibus plebejis præferendi.
10. Ad judicium comparentes à judice ad sedendum invitandi.
11. Ad judicium non verbis sed scripto citandi.
12. In criminalibus satisfactione non onerandi, sed ad juratoriam cautionem admittendi.
13. Propter Nobilitatem viri major dos à Parentibus nuptæ constituenda.
14. Alimenta Nobili debita ampliora delicatio-
taque constituenda. Non enim tenentur edere allium, cæpas, panem atrum, caseum & similia rusticorum cibaria, sed cibi eorum debent esse pulli atque alia delicata.
15. In votando primum ipsis suffragium concedendum.
16. Longior terminus ad judicia ipsis præfigendus.
17. Nobilis ad testimonium evocatus non tenetur ire pedes, sed equo & vehiculo uti potest sumtibus producentis.
18. Nobilis si stat in domo & verecundatur, quia est male vestitus, restituitur adversus lapsum temporis.
19. Nobilibus injuria sit, si modico sumtu sepeliantur.
20. Alapa Nobili illata reputatur gravior offensio quam vulnus.

III; IN



III. IN EXEMPTIONIBUS SEU IMMUNITATIBUS.

1. Nobiles ratione bonorum Feudalium pro quibus Domino suo servitia Feudalia Mannos der Lehndienste præstant , ad collectas & munera publica non tenentur.
2. A vectigalium præstatione immunes sunt , non quidem Juris Authoritate sed ex antiquissima Germaniæ consuetudine.
3. Tutelam Pupillorum ignobilium subire non coguntur.

IV. IN TEMPERAMENTO SEU MITIGATIONE

POENARUM.

1. Nobiles regulariter mitius puniendi quam ignobiles.
2. Cruciatibus & torturis regulariter non subjiciendi.
3. Non habentis in ære non statim in corpore puniendi.
4. Propter debitum civile , vel ex causa æris alieni realiter non citandi , vel in carceram deducendi.
5. in solidum non conveniendi , sed in quantum facere possunt , habita ratione Nobilitatis.
6. Non facile arrestandi.
7. Vinculis subterraneis, propter delicta ex quibus capi possunt, non detinendi , sed vel in civitatis certa domo , vel in hospitio , curia aut Palatio vel in loco editiore, custodia militum vel commentariensium (expensis tamen nobilium propriis.) adservandi.

D 3



8. Ad Triremes non condemnandi.
9. Ideo quod alios in viâ Publicâ insultaverint, manus ipsis non amputanda.
10. Propter furtum vel aliud crimen suspendio dignum laquei suppicio non afficiendi.
11. Flagellis vel fustibus non cædendi.
12. Si nobilis plebejo injuriam dixerit, ad Palinodiam non cogendus.
13. Jus Prætorium in bonis Nobilium Feudalibus non constituitur, ita ut vendere cogantur castra & lati-fundia, sed contenti esse debent creditores sequestrationem fieri, ut ex fructibus eorum subsequantur suum,
14. Illud denique in insignem Nobilitatis prærogativam constitutum est, ut ad Torneamentorum exercitia nemo præterquam Nobiles admittantur.

Qualiter a. isthac Privilegia jam recensita ex legum & Canonum textibus probentur vel Dd. Authoritatibus muniantur, quam varie itidem & multipliciter limitentur & restringantur, quid & quantum pro parte vel in totū indesuetudinem abierit, illud quia satis fusè tractatur à Linn, *supr. diet. loc.* prolixius autem & explicatius à Nold. in *allegat. tract. de stat. Nobil.* Ideoq; nolumus operam actam denuò agere, præsertim cum hæc Privilegia plenè persequi instituti nostri rationem excedat. proinde remittimus cupidum Lectorem ad jam memoratos Authores.

*Membrū]
X. qnomodo Nobilitas amittatur.]*

Et hactenus quidem, qualiter nobilitas constituatur, dixisse sufficiat. Jam etiam progressum faciemus ad modos quibus ea amittatur. Qui itaq; nobiles nati sunt, ii legem quandam sibi impositam intelligant, quod majorum præclaris

claris vestigiis insistere, arduam & asperam crebrisq; sentibus inviam viam prærupto ac diffici ascensu capessere & quantum in ipsis est, delicias, voluptates quæq; ista sequuntur & comitantur, illecebras, cupiditates & alia obscura atq; in honesta fugere debeat. In quibus n. insignes virtutes quib9 parta est à Majoribus nobilitas, nō elucet, ii potius famosas imagines, quā verā habere dicēdi sūt nobilitatē. Hinc si perversis moribus imbuti sint, ut honestatis nullam ducant rationem & sponte obscurent nobilitatem, dignissimi sunt, qui ex nobilium albo deleantur. Atque hīc in primis mortendum arbitramur, quod cuiuslibet nationis cōfuetudo communisq; reputatio patriæ specialiter observanda sit, ad hoc, ut dignosci queat, quid honestum, quid turpe, non enim omnibus Genitibus eadem sunt honesta atq; turpia arg. l. f. §. 2. ff. de Mun. & honor. alibi siquidem fama est infamia, alibi honor est nota, Bodin. de Republ. lib. 3. C. 8. post pr.

I. Itaq; modus est, quo nobilitatem suam quis amittit vita venalitaria vel usus viliis artificii per text. in l. ne quis 6. C. de dignitat. quia per exercitium viliis exercitii ita sordidate seu vilitate inficitur, ut officia honoris postea habere nequeat per l. Humil. C. de Incest. Nupt. & l. i. C. de Natur. liber. idq; non solū apud nos sed & apud Ægyptios, Scythias, Persas, Lacedæmones, Corinthios &c alias nationes observatū fuisse testatur Herodotus & Xenophon. inter vilia a. artificia recēsētur (1) pictores, quia pictura ponitur inter operas fabriles per l. si non 26. §. libert. 12. v. sed si operas ff. de condic. in debit. nisi animi tantū causa exerceatur. Schonborn. l. 3. Politic. c. 5. (2) Apothecarii, quos Agyrtas, Germani Storger/ Zähnbrecher/ Quecksälber appellat, quod mercium vilissimarum apothecas secum defere certis in locis aliquamdiu consistunt, Emptorem opentes. (3) Monetarii, sunt enim abjecti & deformes. l. ne quis 6. C. de dignit. & ad dignitates inhabiles l. i. C. de murileg.

(4) Pi-

(4) Pistores quia illud munus servorum est l. quæstum 12. §.
5 ff. defund. instruct. Hinc dicitur munus vilium & sordido-
rum artificium in l. maxim. 12. vers. Sord. C. de Excus. Mun. &
à quavis dignitate arcentur l. un. C. de Pistor. (5) Fabri, quia
annumerantur mechanicis Pruckm. Conf 15. n. 55. Vol. I. (6):
Caupones, Popinarii, Tabernarii, stabularii. Videmus
enim Caupones plerumq; sub prætextu instrumenti Cau-
ponii prostitutes & usurarias habere mulieres l. palam 34.
§. si qua 9 ff. de rit. Nupt. Ut non admodum differant ab his,
quæ in Lupanaribus prostant l. ult. C. si Mancip. Ubi Cau-
pona pro prostibulo habetur l. 4. §. 2 ff. de his qui not. infam.
¶ l. quid tamē §. sed si 11 ff. de arbitrat. ubi Popina vocatur lo-
cus in honestus & cum Lupanari conjungitur (7) agitato-
res h.e. equorum currumque rectores, quia sunt personæ in-
honestæ l. si qua C. de Spectat. & infimæ fortis ac vilis pretii
l. Titius 43. §. ult. ff. de act. empti. (8) Histriones, vulgo Cos-
medianter/Pantomimi & saltores, quia ipso Jure sunt in-
fames l. 2. §. ait prator. 5 ff. de his qui not. infam. (9) Pantagru-
eles sive Gnatones Aulie, quos Civiliori vocabulo Kurtz-
weilige Räthe vocamus, (10) Balneatores & tonsores.
Sunt enim viles & vilioris conditionis quam Histriones
per l. sed si quis 15. §. 1 ff. de usufructu. (11) Sartores per gl. in §.
si tamen verbo, si sive ipsi Institut. de rer. divis. ubi dicit ad ver-
bum illud. Scilicet fur. Nam forte erat Sartor. Nam pannus
præsumitur furatus, si non est in veste positus Schneidevv.
in dict. §. si tamen, n. 4. de rer. divis. (12) Tibicines, Cytharæ-
di, Lyristæ, per text. l. i. Landrecht Art. 37. circa fin. Ibi
Spieleuthen giebet man den Schatten eines man-
nes quod gl. ibidem ita explicat: Das weisse / als der
Schatten/ oder Schein zeichnet einen Mann/ also
haben diese wohl gleichnisse eines Mannes / und
seynd doch keinem Manne gleich im rechten / und
man helt Sie auch für Todt. Deniq; (13) Custode por-
torum & ovium, mundantes Latrinas, Carnifices & simi-
les.

H. De-



II. Derogatur nobilitati per infamiam vitæq; turpitudinem, non enim servatur ei honos, qui se deduxit in scelus l.2 C.de sec. Nupt. l. Senat. ff. de ris. Nupt. l. i. C. ubi Senat. vel clariss. Amittitur autem (1) propter commissum perjurium & quoties C. de dignit. Hinc quoq; in legibus Torneamento- sum statutū est, das welcher vom Adel Siegelbrüch- ig vnd meineidig erkannt / gescholten vnd dafür gehalten wird / in keinen Thurnier solle zugelassen werden Artic. 4. (2) Propter crimen laxemajestatis Arg. l. quisquis f. C. ad l. Jul. Majestat. (3) Propter crimen falsi Tho- wing. decisi. p. 27. (5) Propter furtum arg. l. i. C. quando liceat uniuersitate vindic. (6) Propter Bannum, nobilis enim qui in Bannum Imperii declaratus est in Aulis principum non toleratur, sed pro infami habetur per Ord. Camerae part. 2. Tit. 10. § und wo Er deshalb.

III. Per Mercaturam, quia privilegium per actum con- trarium amittitur l.2. C. de Carbonian. edict. l. Privilegium 27. **C. de Decurion.** Atqui Nobiles Mercaturam excententes faciunt actum contrarium & non correspondentem No- bilitati, per legem Nob. 3. C. d. Commerc. & Mercat. ergo Pri- vilegia Nobilitatis amittunt. Id quod secundo evidentius in legib. Torneamentorum de anno 938. ab Henrico I. Ita prohibitum est Art. 2. das welcher vom Adel gehohren vnd herkommen wehr / der seinen Stand anders dann in Adelichen Stande hielte/ sich nicht von sei- nen Adelichen Renten vnd Gültten/ die Ihm seit Mann- vnd Erb-lehn/dienstlehn/Rathgeld/Herris Sold oder eigenthum Jährlich ertragen mag/ son- dern mit Kaufmannschafft/ wechseln / verkaussen vnd vergleichen sachen nehmen oder sein einkom- men mehren wolte/dadurch sein Adel geschmehet vnd verachtet würde/wie Er auch seinen hinter- fassen and anstoßen Ihr Brod für dem Munde ab-

E

schneij

schreiden wolte / derselbe so der Stücke eines oder
mehr überfahren/soll nicht in Thurnier zugelassen
werden/wo er aber darüber einreiten vnd Thurnier
halten wolte/ soll man mit Ihn ümb das Ross
Thurnieren / vnd Ihn auß die Schranken segnen/
nach Thurniers Greyheit &c. quod pluribus persequi-
tur Dn. VVurmser. in Exercit. Jur. Publ. Exercit. 4. quest. 16.
Quod tamen cum hoc moderamine intelligendum est ut
Nobiles fructus quod ex fundis suis habent superfluos abs-
que præjudicio Nobilitatis licet vendere queant,
quia Mercatores illi propriè dicuntur qui comparant &
revendunt Nold.c.22.n.100.

IV. Deniq; amittitur Nobilitas si mulier Nobilis
contrahat Matrimonium cum plebejo, cuius ratio est, quia
status mariti afficit & immutat statum uxorius primævum,
atq; hac ratione mulier Nobilis nubens viro ignobili non
habet Jura Cibariorum, das Iustheil neq; Morgen-
gabe Moller.l.2.Semest.c.8.

Generaliter autem notandum est, quod privandus
Nobilitate, eam & Privilegia sua ad sententiam usq; reti-
neat. Schrad.de Feud.c.12. Conclusi. In primis vero statum,
dignitatem & qualitatem illæsam retinet, si nulla actio
vel accusatio contra eum instituta fuerit b. rescript. 6. §. si
quis ff. de mun. & honor. Schrad. dict. Sect. 1. n. 119.

Atq; hic loci non inconvenienter queritur, utrum Pa-
ter, qui amisit Nobilitatem liberis quoq; præjudicet. Et
si Nobilitas per longam Majorum feriem continuata sit,
nullum affectri liberis à Patre Præjudicium posse putamus.
arg.l.3 ff. d. Interdict. & relegat. Et l. emancipat. 7. inf. ff. de Se-
nator. Quia tali casu liberi Nobilitatem suam non tam
à Patre videantur consequi, quam à Principis Liberalitate
quâ toti posteritati provisum fuit. Deinde quia sicut Pa-
ter in Præjudicium Filiorum non potest renunciate No-
bis

bilitati, ita neq; suâ ignominia potest illis præjudicare.
Liebenthal in Collegio Politic. Exercit. 12. quæst. 13. Neq;
quod dici solet, per medium (ut vocant) inhabile impe-
diri conjunctionem extremorum, ad hunc casum
pertinet, quia hîc fieri non potest, quin Nobil-
itas per Patrem, quamlibet ignobilem, in Nepotem cum
vitâ transmittatur dict. l. 3. ff. de Interdict. & relegat. Non e-
niam Patri tantum conjungitur Filius, sed etiam Avo per
Patrem dict. l. 7. ff. de Senator. Pater autem Filiorum honori
detrahere non potest l. inter 6. §. Filiis ff. ad l. Julianam de ad-
ulter. Nec Liberis quæsita dignitas propter crimen Pa-
tris auferenda est l. gener. 34. §. f. ff. d. rit: Nupt. & l. Filia 9. C.
& Senat.

An autem paupertas Nobilitatem tollat, con-
terovertitur. Et Chassaneus quidem affirmativam tenet,
in consuet. Burgund. Rubr. 4. §. 19. n. 29. Eo fortè motus fun-
damento, quod Aristoteles lib. 4. Polit. c. 4. dicit Nobilium
opulentiam & Claros Natales differentiam fa-
cere inter claros & Plebejos. Unde & Euripides in
Æolo dicit: Nobilitatis mentionem amabo ne mihi fece-
cis, hoc enim in pecuniis situm est, Atq; sic apud Romanos
pauperi non licuit ingredi Senatum teste Livio lib. 1. Rom.
Histor. Verùm hæc opinio minimè meretur applausum, un-
dè & communiter à philosophis, politicis & Jure Cōsul-
tis rejicitur. Quamvis enim non diffiteamur Nobilitatem
per divitias ingentem nancisci splendorem, & verè ma-
gnificam reddi per eas tamen nemo Nobilitatur, ac proin-
dè sumto arguento à contrario sensu, quod in Jure vali-
dum est, per inopiam nemini extinguitur Nobilitas. Hoc
quidem concedimus, Nobilitatem aliquantum obscura-
ri paupertate, unde Feudista dicit, quod quis non merear-
tur denominari Dux, Princeps, Comes, nisi habeat terri-
torium vel Ditionem c. i. quis dicitur Dux &c. unde & fa-
miliæ per divitias conservari alias sordescere dicuntur
Andr. Knichen in tract. de Jur. Saxon. non provoc. c. 3. n. 232.
At ideo tamen amitti Nobilitatem penitus negamus. Pot-
est enim quis esse pauper dignitate & famâ domus integrâ



manente, text. est in l. ut tantum. 14. §. 2. ff. de serv. corrupt. Neq; ei paupertas est de genere malorum, Armut ist keie we Schande oder Unehrre / VVesenbec. Consil. 18. n. 27.

Deinde quæstionis est; An Nobilis Advocati vel Causidici munus subcundo Nobilitate suâ se indignum reddat. Ubi negativæ non dubitamus subscribere sententiæ. Quia primo laudabile est Advocationis officium l. 3 C. de Advoc. diu. jud. Secundo quia sicut per militiam Nobilis non admittit Nobilitatem, ita nec per Advocatiam, quia hæc duo comparantur invicem in l. Advocati C. de Advoc. diu. jud. Geil. Lib. 1. observatione 43. n. 1. Major autem dubitatio est de officio Procuratoris, an sc. per illud indignum se quis reddat Nobilitate. Et pro affirmativâ quidem facere videtur textus in l. si quis 34. C. de Decurion. Ubi infamissima dicitur vilitas Procuratio Facultatum alienarum. Item quod infamis possit esse Procurator arg. §. ult. & ibi Dd. Instit. de Except. Adeoq; concludendum esse videtur, quod ut supra ob vile artificium ita & hic ob vile officium Nobilitate quis privari debeat. Verum non obstantibus istis textibus negativâ veriorem esse nō dubitamus Nullib[us] siquidem in Jure proditum est Nobiles si Procurationem alienæ litis suscepint, Nobilitatem perdere, Harprecht. de Procuror. §. 156. Præsertim si illustriū & magnatū officia præcuret. Graven. part. 1. Concl. Cam. 43. Consid. 2. n. 1. Et in Imperiali Camera id fiat, cùm nemo ibidē in Procurationem admittatur, nisi ad minimum sit Doctor vel Licentiatus Lib. 1. obseru. 43. n. 8. Quod verò ad textus oppositas artinet sciendum est, quod dicta l. 34. in suis terminis de Decurionibus intelligenda sit, quibus Imperatores antea specialiter interdixerant Procurationem negotiorum alienorū in l. Curialis 30. C. d. Loc. & cond. Cùm itaq; Decurio ad talem Procurationem accesserit, non injuria vilissimam dictus fuit suscipere, non quod ipsa Procuratio per se sit infamis, ut loquitur Dynus in cap. infam. in f. de reg. Jur. in 6. ubi dicitur

bi dicit quod nunquam potuerit videre textum, dicentem officium hujusmodi esse infamissimum; Sed quod Decurio contra legis prohibitionem malitiosè ausus fuerit eam suspicere, ex persona Decurionis ob legis prohibitionem dicitur infamissima. Similiter etiam dicit. s. f. non appellat Procuratorem infamem, sed dicit, quod infamis possit injudicio Procurare, non obstante aliqua exceptione, quæ olim procuratoribus propter infamiam vel dantis vel ipsius procuratoris opponebatur, ne dum de his altereantur, ipsius negotii disceptatio proteletur.

Præterea queritur, an ad opio à Patre Plebejo dignitatem Nobilitatis immiuat? Quod omnino negandum esse arbitramur, cum quia per adoptionem dignitas non minuitur sed augetur; Unde Senator et si à Plebejo adoptetur, manet sicut Senator l. per adoptionem 35. ff. de adopt. tū quia accidentale nunquam privat, aut extinguit Naturale.

Dēniq; & ultimo in quæstionem venit. An per non usum Nobilitas amittatur? ubi non dubitamus respondere. (1) quia ad retinendam possessionem à Majoribus, sufficit aptitudo & potentia Nold. dicit. tract. de stat. Nobil. c. 23. n. 99. (2) quia ut quis utatur suā Nobilitate, consistit in mero ipsius arbitrio & Facultate. Jam autem expediti Juris est, quod actibus mieræ Facultatis non solum tempore longissimo puta 30. vel 40. annis Hænon. ad Inst. Disput. 6. Thes. 13. sed etiam ne mille quidem annorum spatio præscribi possit Geil. lib. 2. observat 18. n. 4. Berlich. concl. practicab. part. 1. Conclus. 3. n. 7. us. actus.

Atq; hæc quidem pro ratione instituti & ingenii modus de Nobilitate sufficienter dicta sunt. Non enim instituimus, integrum conscribere Tractatum, sed Summariter quasi potissima recensere, quæ ad Nobilem hanc materiam spectare nobis visa sunt. Si vero quispiam prolixiori cujusque explicationem desideraverit, hunc com-

E pote



Cotem voti sui reddet exquisitissimus Magni illius Jure
donsulti Tiraquelli de hac materia plenissime conscript⁹
Tractatus. Nobis interea generosus Lector condonabit,
si quædam vel nimis jejune vel aliquantum servide dicta
videbuntur, nec tamen aēdō obstinatum me arbitretur,
quin melius informatus unicuius facilē sim cessurus. De-
niq; etiam DEO Optimo Maximo , quem hujus Instituti
Nostrī principium & Moderatorem imploravi etiam com-
pletorem Operæ mēx suppliciter veneror & gratias ipsi
hāc chārtā publicā reffero devotissimas.

Ad

Nobilissimum Dominum Authorem.

Es aliquid, Proavos generoso stemmate natos
in numero numero posse referre suos.

Es aliquid, Generis monstrare illustria facta
& longā serie stemmatis esse potens.

Astillud magis est, propriā virtute nitere
atque ornare suum, non sine Laude, Genus.

Hæc generosa Tibi Mens est, dum Nobilitatis
laudando studio, Jura docere studies.

Perge illam calcare viam, jam certa parata
præmia virtutis sunt studi⁹; Tui,

Gotofredus Suevus

P. Pand. P. p. t. Academiæ Rector
& Facult. Decanus.

Ad Nobilissimum Domi-

num Authorem & Respondentem.

Ille putabatur Germanis Nobilis olim,
Qui vulgatus erat docta per ora virūm;

In-



Insuper egregiis polleñs donisq; bonisq;
Corporis ac animi Rhamnusiaq; DEÆ.
Qui virtute suâ priscum splendore , probante
Principe, Doctrinâ nobilis esse potest.
Hic verè nobis nunc Nobilis esse putatur
Quem sua, Nobilitat, non aliena fides
Hoc ALBERTE probas nostrum lectissime Amice,
Dum de Nobilibus verba colenda facis.
Perge modò porrò, hinc tibi gloria summa resurget
Te quoque Fama feret blanda per ora virum.

Henricus Cofelius

J.U.D. & PP.

Ad Nobilissimum Domi-

nūm Respondentem.

Quam scave in auro gemmula purpurat,
Quam svavè rident purpureæ rosæ
Cum liliis quas hortulanus
Veris in auspicio maritat.
Tatn svavè stirpis Nobilitas nitet,
Conjuncta Virtuti, artibus & piet
Rectæq; vita. Quam beatus
Talia qui sociare tentat!
Quam Tu beatus! Cum Tibi Numinis
Dono decorum sanguinis inclyti
Sit stemma donatum, relata
Consocians, sociare pergis.

Samuel Ritter/L.

Prof. Publ.

Gleichwie die Weisheit ist die Ziererin der Jugend/
so wird der Adel auch erleuchtet durch die Jugend
Des/

RK
TK
260X

Des / der von hohem Stamm und Edlem Gebläse
entsprossen ist / und der ein Tugendhafft Gemüthe
bey seinem hohen Stande liebt.

Dich hat auch die Natur gebohren lassen werden
aus Adelichem Blut: dich hat aus schöner Erden
Prometheus aussgebaut. Drumb / was sonst andres
sagen

nach vielbejahrter Zeit / das hat bey frühen Tagen

Dein Tugendhaffter Geist verübt.

Du rühmest dich nicht des / wort mit viel andre prahlen

Die ihrer Ahnen Ruhm mit summen Wappen mabs-
len /

und doch niches lobliches durch eigne Tugend üben;

Du pflegst nur dies allein mit Edlem Geist zu lieben

Was du durch eignen Fleiß erlangt.

Drumb hasiu auch als bald die Blüte deiner Jahren

Den Musen zugewand / und dir die teureren währen

Den Tugend einzekaufft / daß deinem Vaterlande

Das grosse Hoffnung führt von dier und deinem Stan-
Zu Ehren / deine Tugend prange. (de)

Nur fahre ferner fort / wie du hast angefangen /

und geh'e diesen weg / den dir ist vorgegangen

Dein Grosser Vater den dein Adelich Geschlechte

mit Ruhm betreten hat / du wirst mit gutem rechte

auch Ihnen werden gleich gesetzt.

Dieses schrieb seinem Geehrtesten Herrn
Stubengesellen zu schuldigen Ehren

Hans Jacob Hartranff,



1077

mc

B. M. I.
A. 473.

Mag


DN.

J. u. D.
Scabina
Præcep

No

Disc

W



77942) B.M.I. 194

simi JCto-

a
O
ORIS

Consultissimi
SUEVI,
ultatis Juridicæ, &
tatisq; p. t. Decani,
bmissio animi cultu

TEM,

politico exa-

onit

ben/

Maj.



ake, M DC LIL.